

Caucalides in Systemate emendavi.

Vaccinium uliginosum nobis frequens, forte habeat cilia in foliis, si, hoc tempore, inspicias recentiora folia.

Coccoloba pubescens. judicavi eandem cum Tua ex Brownii specimine sicco, quod obtinui cum ejus Herbario.

De *Caseariis* et *Samydis* non disputabo. Tu vidisti vivas, non ego.

Triopteris, error meus insignis est.

Tamarix germanica. ramulus mihi videbatur *Thya* esse.

Oro des mihi *Loasae* tuae characterem, una cum citatione. Video equidem esse tab. 38; *sed anne observ. fasc. 3^a. (ex iis a tergo adscriptis nunc vidi sic esse.)*

Gratias ago pro determinatione *Rhamni pentaphylli*.

Senium ad me toto impetu cum ruina venit, et vires quotidie aufert.

Quaeso mittas inclusas ad D. Scopoli, cujus librum de Lapidibus mihi exopto.

Omnia quae in literis docuisti suis locis monebo.

Servet Te D. O. M. incolumem in seros annos.

Dabam Upaaliae 1767, d. 3. Maji.

Si rescribas, si liceat exarare des mihi characterem *Loasae* Tuae cum pagina libri, ubi eum descripsisti; an planta peruviana? anne existat in Europaeis hortis hodie? anne habeas ipse plantam siccam, ut ramulus cum flore pro herbario posset obtineri?

Lappones.

Splachnum luteum.

Lychnis apetala.

Pedicularis hirsuta.

Lychnis alpina.

Ophrys alpina.

Andromeda hypnoides.

Sibbaldia procumbens.

Diapensia lapponica.